

V C
5425



h.





SERENISSIMO POTEN-
TISSIMOQVE

PRINCIPI AC
DOMINO,

DN. FRIDERICO
AUGUSTO,

DUCI SAXONIÆ, JULIÆ CLIVIÆ AC MON-
TIUM, UT ET ANGRIÆ AC WESTPHALIÆ, S. ROM.
IMPERII ARCHIMARSCHALLO ET ELECTORI
LANDGRAVIO THURINGiÆ, MARCHIONI MIS-
NIÆ, NEC NON UTRIUSQVE LUSATIÆ, BURG-
GRAVIO MAGDEBURGI, COMITI PRINCIPAL
DIGNITATE HENNEBERGÆ, COMITI MAR-
CÆ, RAVENSBERGÆ ET BARBY, DYNA-
STÆ IN RAVENSTEIN,



PATRI PATRIÆ
OPTIMO,

AD ACCIPIENDAM SOLENNIORI JURISJURAN-
DI RELIGIONE OBSTRUCTIONEM A CIVIBUS FIDEM,
X. CALEND. AUGUSTI A. M DC XCIV. LIPSIAM
INGRESSO

SUBJECTISSIMA HUMILLIMÆ DEVOTIONIS
OBSEQVIA OFFERT,

DOMINO INDULGENTISSIMO,

QVOD SAXONICIS PROVINCIIS IN DEFUNCTORUM ELECTO-
RUM LOCUM SERENISSIMORUM FRATRUM
SUCCESSIONEM SEMPER FORTUNATISSIMAM RECORDABATUM
AUSPICATISSIMUM IMPERIUM
AUGURATA

ACADEMIA LIPSIENSIS.

LIPSIÆ, LITERIS JOH. GEORG.



R go ades afflictae nova consolatio terra
Composito à Domino traxerat; receperat
capellens



Divinis humeris regnum permittere ponit
Commoti gravibus quod successus dant

Ex voto Patrie speramus tempora caulis
Mula inter gladios, pax maxima, facta fuerit
Dubium saxonicos, sua atque indigna sumas
Electores cum magnis maximo honori
Advenere bonis primum. Mox bella gerenda
Euntes pro se fortes & Cesare magno,
Lipica exulibus celsis gratissima sedes,
Cum Praga exulis venissent voce Cameracens
Supplice praesidium orantes. Quid scribere celsis
Prolem omnem plagio surreptam, Mula, nestando
Imperique ut mox spes redderet una futur
Fratribus Ernesto Alberto, saptores, receptis
Comptentis; post haec velut hisque sacroribus ingens
Stipis cepit raris insigni flore duobus
Firmari, & multis prodelle nepotibus orbi.
Summus ex lapsis dona ergo instantia rebus
Nixique his nunc saluta tibi, praedicimus, Heros
Nunc nobis, serves, nam rebus adesse videns,
Majores paribus Princeps virtutibus aequans.
Quod fortunatum, felix, fastumque voverimus
Dum; sic, à latere assitit venerabilis annis

Forma
ACADEMIA LIPSIENSIS
LIPSIÆ LITERARUM GEORG.





Rgo ades afflictæ nova consolatio terræ,
Composito à Domino fraternaq; sceptrâ
capessens

Divinis humeris regnum permittereponi,
Commoti gravibus quod successura datu-
rum.

Ex voto Patriæ speramus tempora caufis.

Multa inter gladios, quæ maxima, facta fuerunt
Dudum Saxonicos. Jura atque insignia sumta
Electoatus cum magnis maximo honori
Advenere bonis primum. Mox bella gerebant
Ensiferi pro se fortes & Cæsare magno,
Lipsiaca exulibus cessit gratissima sedes,
Cum Praga expulsæ venissent voce Camœnæ
Supplice præsidium orantes. Quid scribere cesses
Prolem omnem plagio surreptam, Musa, nefando?
Imperiique ut mox spes redditur una futuri,
Fratibus ERNESTO ALBERTO, raptore, receptis,
Comprenso; post hæc velut hisque Satoribus ingens
Stirps coepit ramis insigni flore duobus
Firmari, & multis prodesse nepotibus orbi.

Sumimus ex lapsis dona ergo instantia rebus.
Nixique his nunc fausta tibi, prædicimus, HEROS,
Nunc nobis. Serves, nam rebus adesse videris,
Majores paribus Princeps virtutibus æquans.
Quod fortunatum, felix, faustumque vovemus.

Dumq; fit, à latere assistit venerabilis annis

Fœmi-

Fœmina, honoratis vestita ad tempora canis,
Non tamen enervi quæ langvida membra senectâ
Lassa habeat, corpusve incurvum fulciat, aut quæ
Effoetâ referat tumulandum mente cadaver,
Sed vegeto multis quæ posse ætatibus esse
Robore par visa est, animo rerumque capaci.
Viderat ante actas res omnes, resque recentes
Noverat, antiquo dicta ipsaque nomine primo
Ad nostra à mundo perdurans secla Vetustas.

Hæc postquam attentâ sensit, quæ diximus, aure,
Arrisit, quantum facies gravitate senili
Ferre videbatur, propiusque admota: Quid, inquit,
Temporibus, fertis, quæ sunt communia cunctis?
Est aliquid, quod, si recte hinc elapsa recordor,
Sique annosa hominum bene pectora iudicat ætas,
Atque usu rerum vario prædicere docta
Ventura ipsa fui, magis ad præsentia festa
Quadret, plusque boni vestris portenderit oris.

Succedunt equidem Patribus iusto ordine Nati,
Electo quoties amittitur ense timendus,
Civibus id magnam semper peperitque salutem.
Sed tamen Imperium Dominorum à morte priorum
Interdum ad Fratres devenit sanguine iunctos,
Oblatis etiam, quoties contingeret, amplis
Divitiis, quas vix licuit sperare, bonorum.

HENRICUM non ponam, ANIMOSI sanguine cretus
ALBERTI ut cessit per fata GEORGIUS orbe,
Immensa fauces susceptos laude gerentem.
Electorum nondum Albertina propago
Tunc habuit. Sunt Tres, quos si memoravero, dices,
Non alio magis, istorum quam tempore, cultum
Stellati Domino coeli viguisse sacratum,
Aut bene curantes vixisse domestica Patres,
Aut rectè defensa armis, quæ publica, sumtis.

Sacra

Sacra Dei redeunt, FRIDERICUM quando Jo-

HANNES

Excipit. Ante istos obscurâ nocte latebant

Justitia & pietas, Christi virtuteque nixis

Cœlestem poterat quod conciliare favorem

Sed tunc lux visa est iterum. Tunc foetida massa

Humanorum operum cœpit sordere. Reverfa est

Tunc nova libertas, mandata absurda recusans,

In Dominum ratio quæcunque infana ministrat,

Atque alios omnes sibi subjectura libido

Uni, atque inventis propriis meritura salutem.

Luthero sacris purgatis namque Ministro,

Afferuit verum Domini Confessio cultum,

Saxonis auspiciis primis & Nomine scripta,

Augustæ Heroum pleno spectante Senatu,

Tota loco illustri quotquot Germania censet.

MAURITIO AUGUSTUS Patriam moriente gu-

bernat

Post non inferior. Vah! quo mihi dixeris ore

Principe venerunt quæ res erga omnia tanto?

Privata in primis crevere negotia multum.

Præbent omnia opes. Ditant generosa metalla

Fossiles. Culti gravidantur frugibus agri.

Velleribus pecudes & dulci lacte colonos

Exhilarant. Quæstus mercator pectore læto

Computat, his nostris seu mercibus incubet ardens

In terris, alios seu visat navibus orbis.

Vixque opifex fuerit, qui voce querente negata

Dicere lucra suis quæsitâ laboribus ausit.

Atque etiam post hunc clarissima munera præstat

CHRISTJANI veniens à morte GEORGII unus,

Qui bello acceptas defendens impiger oras,

Et fraudes structas vincens feliciter in se

Commixtas firmis stabilit res viribus, alma

Et

Et pace effecit, nunc iustis omnia causis
Jura dari, & technas prohiberi, & turpe nefandum.

Hæc jacto, ex istis promittoq; prospera vobis.
Nunc par casus adest. Inferta **GEORGIUS** astris
Stella nova **AUGUSTUM** Fratrem lumenda relinquit
Ad sceptrum, ut populumq; regat. Quid multa loquente
Re tam perspicuo fato dubitabitis ipsa?

Succedensq; etiam in quæ non præconia Princeps
Sufficit? Ille quidem claris virtutibus orbem
Implebit, magnisque bonis Celsissimus audit
Ex merito. Bene nos exacta ita credere jussit
Lapsa ætas; quod alit mentem pietatis amore;
Quod varia addiscit; quod gentes colligit inter
Non paucas, cives quæ prolunt multa regenti;
Quod **DIVI** gestis poterat spectator adesse
Ipse **PATRIS**, monitis simul exemploque paratus
Ad digna excelsis edenda Heroibus orbis.

Quidque ajam? **DOMINUM** sumfit **Constantia** se-
dem.

Hunc sibi jamdudum, tolerandis apta molestis
Rebus, propositi virtus faciensque tenacem,
CONSTANTI dote hac præstat similemque **JOHANNI**
AUGUSTUMq; animi jactat Prudentia, Diva
Fluctibus exundans Pactoli tota Tagique
Auriferis: nullæ quos exsuperare putantur
Dotesque, Hesperidum faustis foecundior hortis.
Sicut & excelsis agitatur mentibus, Hector
Teutonici ut **PRIMUS JANORUM** maximus orbis,
Viribus Herculeis superanda obstantia tollens,
Ipsius haud dubius timor & reverentia Martis,
Bombardis gladioq; potens, hastisque ferendis.

Sic ait, atque abiit. Non autem fallitur omen,
Nam totis veniunt mox commoda multa manipulis.
Nunc variæ jungunt germano foedere dextras

Virtu:

Virtutes. Pietas placido nunc ore colenda,
Justitiæ occurrit titulo alma Fidesque Sororis,
Ex confanguineo pax fertilitatibus anni
Blandita affectu veluti nunc oscula figit,
Maternis manibus quin non numeranda datura
Ipsa Salus fratrum præcedit munera vincens;
Tam dulces lædit, sublato, quicquid amores,
Hostili inque pios amplexus mente movetur.

Tu modo, summa habitas quod, Numen, coelica
templa,

Vota tuos effundentes ne spernito servos
Fervida, Te charisque Tibi servato benignum,
Sanguine cognato nati perpende redemptum
Æterni populum, factis placatior hincque
Tradita præsideas Domino nova sceptrâ tenenti,
Ad res spiritibus valido coelestibus omnes,
Devotos Dominoque pares, dato, vivere cives.
Queis tibi perpetuò placeamus, suffice de te,
Quos poscis, sensus, & mores legibus apta,
Antiquaque omnes fac prosperitate fruamur.

Quin tu præteriti Princeps quoq; tempora Mundi
Sistes, & fueris clemens. In Numine coeli
Spes nobis prima est. Tu post hunc unica nobis
Gloria præsidiumque. Ergo alas Gratia pandat,
Concede, & cives, velut adsumus, abde fideles,
Principis excelso metuendus nomine magni,
Quem tegis, affectu dispensans munera Fratris.

Nos ferimus, Dominis Patres tribuisse sepultis
Quod scimus, quem fors nulla unquam foedet, amorem,
Obsequia, assidua vota addita proque salute,
Vitam, si poscas, pro te profundere prompti,
Fraterna unum omnes Genitorem voce colentes.

Cunctorumque hæc vox. Quorum commu-
nia verba

Cum

Virtu

FK 265425

Cum sua fecissent sanctâ pietate Camoenæ
Ardentes, tacito cœpere hæc volvere sensu:
Omnes dona quidem Musis non parva tulerunt
Electoralis tutantes Numine terras
Fratres. Longè alios sed præcessere FRIDRICUS,
Frater JANI, albus quo fit mons Præside Pindus,
Lipsiacas dantis FRIDERICI exempla secuto
Sedes, ut nostris sint apta habitacula rebus:
MAURITIO, AUGUSTUSQ;, suo qui Fratrem cadente,
Quæ defuncta manus dederat, rata jusserat esse,
Augmento in majus data produxitque recenti.
Hisque simul verbis largissima gaudia toto
Pectore concipiunt; tenuique ex more ferentes
Munera digna loco, felicia cuncta precantur
Carminè, non magnâ Clio quod fuderat arte.
Dumque ferunt, humiles submisso hæc verba susurro,
Divæ ut sunt timidæ, DOMINO insinuare POTENTI
Audent: Fidarum mille accipe vota Clientum,
Mille preces, veniens nobis fausto omine Prin-
ceps.

FRIDRICUM sedis veneramur quippe Datorem,
Confirmatorem veterum AUGUSTUMQ; bo-
norum.



V
M
B
M
H
T
H
V
F
S
K
T
A
D
n,
n-
n,
n-
C
P
O
O
V
E

ULB Halle 3
004 823 893


VB 17





h. 5, 33.

Vc
5425

SERENISSIMO POTL.
TISSIMOQVE



PRINCIPI AC

DN.



O,
ERICO
TO,

DUCI SAX
TIUM, UTE
IMPERII A
LANDGRA
NIÆ, NEC
GRAVIO M
DIGNITAT
CÆ, RA

CLIVIÆ AC MON
ESTPHALIÆ, S. ROM
LO ET ELECTORI
E, MARCHIONI MIS
LUSATIÆ, BURG
OMITI PRINCIPAL
Æ, COMITI MAR-
BARBY, DYNA-
STEIN,



PA

TRIAE

AD ACCIPI
DI RELI
X. CALEN

O,
ORI JURISJURAN
A CIVIBUS FIDEM,
DC XCIV. LIPSIAM

SUBJECT

MÆ DEVOTIONIS
ERT,

DOMI

NTISSIMO,

QVOD SAXON
RUM

EFUNCTORUM ELECTO-
RUM

SUCCESSIONEM SEMPER FORTUNATISSIMAM RECORDABATUI
AUSPICATISSIMUM IMPERIUM
AUGURATA

ACADEMIA LIPSIENSIS.

LIPSIÆ, LITERIS JOH. GEORG.